

## 0254-0257- SS Stephanus I - Decretum Supra Omnibus Episcopis Scripta

O93, f. 22, vb; N442, f. 51rb; V630, f. 53rb; I83, f. 111rb; VD38, f. 104ra; SG670, p. 216a; P9629, f. 27v

CUIUS<sup>1</sup> SUPRA GENERALITER OMNIBUS EPISCOPIIS SCRIPTA. <V630, f. 53vb>

Stephanus sanctae apostolicae et universalis Romanae ecclesiae episcopus omnibus per diversas provincias con<SG670, p. 216b>stitutis episcopis in domino salutem.

Plurimum<sup>2</sup> gaudemus in domino et in dono gratiae ipsius gloriamur, quod fides vestra per bona opera crescit magnifice et dilatatur amplissime. Sed nimis affligimur et tribulamur de<sup>3</sup> vestra oppressione, super qua crebrior<sup>4</sup> commeantium<sup>5</sup> usque<sup>6</sup> ad nos fratrum sermo perlatus<sup>7</sup> est.

Non oportuerat<sup>8</sup> quidem, ut<sup>9</sup> ab illis, a<sup>10</sup> quibus sustentari<sup>11</sup> et por<I83, f. 111va>tari atque honorari debueratis, tantis vos oppressionibus concuti. Quapropter<sup>12</sup> necessarium est, ut remotis talium tergiversationibus<sup>13 14</sup>, quibus venenosa<sup>15</sup> malicia revelari et obscurari bonitas et veritas solet, <N442, f. 51va> adminiculum<sup>16</sup> non modicum vobis a fidelibus impendatur<sup>17</sup> atque ab hac<sup>18</sup> apostolica sede<sup>19</sup> suffragetur, quos per divinam<sup>20</sup> gratiam<sup>21</sup> <VD38, f. 104rb> Christi auxilio<sup>22</sup> dignum est adiuvari, ne in totius ecclesiae perturbationem<sup>23</sup> imprudens<sup>24 25</sup> procedat intentio et ea, quae<sup>26</sup> a<sup>27</sup> sanctis praedecessoribus<sup>28</sup> nostris et reliquis sanctis patribus<sup>29</sup> dudum fuerant prohibita, denuo<sup>30</sup> reviviscant<sup>31</sup>. Loci namque nostri<sup>32</sup> consideratione compellimur<sup>33</sup> ea, quae<sup>34</sup> ad notionem<sup>35 36</sup> <SG670, p. 217a> nostram emendanda pervenerunt<sup>37</sup>, propter deum non relinquere<sup>38</sup>, sed digna emendatione corrigere. Et si saecularibus officiis ordo suus et tradita a maioribus<sup>39</sup> disciplina servanda est, quis<sup>40</sup> ferat<sup>41</sup> ecclesiasticos ordines temeraria praesumptione confundi, audita negligere et emendanda non<sup>42</sup> opem ferendo postponere<sup>43 44</sup>?

Audivimus<sup>45</sup> enim vos a quibusdam accusari <I83, f. 111vb> non tam pro vestra culpa, quam<sup>46</sup> eorum libitu<sup>47</sup>, ut vestra rapere possint et ideo vos nimis affligi et concuti in tantum, ut etiam<sup>48</sup> a sedibus propriis pellamini<sup>49</sup> et tali occasione ecclesiae facultates<sup>50</sup> vestrasque<sup>51</sup> vastentur<sup>52</sup> ac<sup>53</sup> depraedentur. Ista<sup>54</sup>, carissimi, non oportet fieri nec denuo replicari. Tamen necesse est, quae totiens usurpantur, saepius replicentur et prohibeantur. Nam quicquid in sacratis<sup>55</sup> deo<sup>56</sup> rebus <VD38, f. 104va> et episcopis<sup>57</sup> iniuste agitur pro sacrilegio reputabitur, quia sacra sunt et violari<sup>58</sup> a<sup>59</sup> quoquam non de<SG670, p. 217b>bent.

Nullus<sup>60</sup> enim episcoporum<sup>61 62</sup>, dum suis fuerit rebus exspoliatus aut a sede propria qualibet occasione pulsus, debet accusari aut<sup>63</sup> a quoquam ei potest<sup>64</sup> crimen obici<sup>65</sup>, priusquam integerrime restauretur et<sup>66</sup> omnia, quae ei ablata quocumque sunt<sup>67</sup> ingenio legibus redintegrentur<sup>68</sup>, et ipse propriae sedi et pristino statui<sup>69</sup> regulariter reddatur ita, ut omnes pos<V630, f. 53vb>sessiones et cuncta<sup>70</sup> sibi<sup>71</sup> iniuste <P9629, f. 28r> sublata atque <I83, f. 112ra> fructus omnes ante coeptam<sup>72</sup> accusationem<sup>73</sup> <O93, f. 23ra> primates<sup>74</sup> et synodus<sup>75</sup> episcopo, de quo agitur, funditus<sup>76</sup> restituant<sup>77</sup>, quia<sup>78</sup> hoc non solum ecclesiasticae, sed etiam saeculi leges fieri<sup>79</sup> prohibent.

Neque aliquis eorum aut ecclesiarum auctorum<sup>80</sup> vel defensorum ad<sup>81 82</sup> aliquos<sup>83</sup> prius accusari debet, quam ipsi caritative<sup>84</sup> bis aut ter ab eis, qui se laesos<sup>85</sup> aestimant<sup>86</sup> vel eos pro aliquibus erratibus corripere cupiunt, conveniantur<sup>87 88</sup>, ut ab eis aut familiarem emendationem aut iustam per<SG670, p. 218a>cipiant excusationem<sup>89</sup>. Quod<sup>90</sup>, qui praesumpserit<sup>91</sup>, liminibus arceatur ecclesiae usque ad condignam satisfactionem.

Accusatores<sup>92</sup> <VD38, f. 104vb> vero et accusationes, quas saeculi leges non recipiunt et antecessores nostri prohibuerunt, et nos submovemus. Nullus enim alienigena<sup>93</sup> aut accusator eorum fiat aut iudex. <N442, f. 52rb> Unde et de Loth scriptum est: Ingressus es ut advena, numquid iudices<sup>94</sup>?

Accusator autem vestrorum<sup>95</sup> nullus<sup>96</sup> sit servus aut libertus suspecta aut<sup>97</sup> infamis persona. Repellantur<sup>98</sup> etiam cohabitantes<sup>99 100</sup> inimicis<sup>101</sup> et omnes laici, quia infestationem<sup>102 103</sup> blasphemiae <I83, f. 112rb> affectio amicitiae<sup>104</sup> incitare<sup>105</sup> solet. Nec illi in vestra sunt<sup>106</sup> suscipiendi<sup>107</sup> accusatione, qui<sup>108</sup> vos in sua<sup>109 110</sup> nolunt<sup>111</sup> recipere infamatione<sup>112 113</sup>. Nullus<sup>114</sup> enim<sup>115</sup> anathema<sup>116</sup> suscipiatur<sup>117</sup> nec a quoquam credatur<sup>118</sup>, quae ab eis vel dicuntur<sup>119</sup> vel conscribuntur<sup>120</sup>. Eos dico anathematizatos<sup>121</sup> <SG670, p. 218b> esse, quos<sup>122</sup> episcopi suis scriptis anathematizaverunt<sup>123</sup> aut eorum statuta anathematizant.

Per<sup>124</sup> scripta enim nullius<sup>125</sup> accusatio suscipiatur, sed propria voce, si legitima et condigna accusatoris persona fuerit, praesente videlicet eo, quem accusare desiderat<sup>126</sup>, quia nullus absens aut accusari potest<sup>127</sup> aut accusare.

Nullus<sup>128</sup> <VD38, f. 105ra> tamen praefati ordinis vir accusari potest aut respondere suis accusatoribus debet, priusquam regulariter a suo primate vocatus sit locumque defendendi et<sup>129</sup> inquirendi<sup>130</sup> accipiat<sup>131</sup> ad abluenda<sup>132</sup> crimina.

Nulli<sup>133</sup> enim metropolitani aut alii episcopi appellantur<sup>134</sup> primates, nisi<sup>135</sup> hi<sup>136 137</sup>, qui primas<sup>138</sup> sedes tenent, et quorum<sup>139</sup> civitates antiqui primates esse censuerunt<sup>140</sup>. Reliqui<sup>141</sup> vero, qui ceteras metropolitanas civitates adepti<sup>142</sup> sunt, non primates, sed aut<sup>143</sup> archiepiscopi aut metropolitani vocentur. Urbes enim et loca, quibus primates praesidere debent, non <SG670, p. 219a> mo<V630, f. 54ra>dernis, sed etiam multis ante adventum Christi sunt statutae<sup>144</sup> temporibus, quarum primates etiam gentiles pro maioribus negotiis appellabant. In<sup>145</sup> ipsis<sup>146</sup> vero urbibus post<sup>147</sup> Christi adventum apostoli et successores eorum patriarchas vel primates posuerunt, ad quos episcoporum<sup>148</sup> negotia salva in omnibus apostolica auctoritate et maiores causae post apostolicam sedem sunt referendae<sup>149</sup>.

Et licet apostolo prohibente inter christianos non debeant accusationes<sup>150</sup> exerceri<sup>151</sup>, si prohiberi<sup>152</sup> non poterint<sup>153</sup>, accusationes episcoporum ad memoratos primates debent<sup>154</sup> <VD38, f. 105rb> ab accusatoribus<sup>155</sup> deferri.

Studendum est tamen<sup>156</sup> episcopis, ut dissidentes<sup>157</sup> fratres magis ad pacem quam ad iudicium cohortentur<sup>158</sup>. Episcopus<sup>159</sup> autem aliter non debet audiri vel iudicari nisi in praesentia omnium comprovincialium<sup>160</sup> et ab omnibus comprovincialibus episcopis, quia ipsis <I83, f. 112vb> absentibus nec debet nec potest. Quae vero personae ad accusationem eorum non sint<sup>161</sup> admittendae, et<sup>162</sup> <SG670, p. 219b> superius ex parte dictum est <N442, f. 52rb> et latius tam hi quam et infames personae in epistola, quam dudum Hilario episcopo<sup>163</sup> misimus, sunt adnumeratae.

Ultra provinciae<sup>164</sup> vero terminos accusandi licentia non progrediatur<sup>165</sup>, sed<sup>166</sup> omnis<sup>167</sup> accusatio intra provinciam audiatur, et a comprovincialibus terminetur, nisi<sup>168</sup> ad<sup>169</sup> sedem apostolicam fuerit tantum appellatum.

Et<sup>170</sup> neganda<sup>171</sup> est accusatis<sup>172</sup> licentia criminandi, priusquam se<sup>173</sup> crimine, quo premuntur, exuerint<sup>174</sup>, quia non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicati<sup>175</sup> sunt, nisi se prius probaverint<sup>176</sup> innocentes, <VD38, f. 105va> quoniam<sup>177</sup> periculosa est et admitti non debet<sup>178</sup> rei<sup>179</sup> <sup>180</sup> adversus quemcumque professio<sup>181</sup>.

Familiares vero et sponte confessi atque sceleribus irretiti<sup>182</sup> non debent<sup>183</sup> admitti<sup>184</sup> nec<sup>185</sup> hi, qui hesterni<sup>186</sup> die aut perendie<sup>187</sup> aut ante fuerunt inimici.

Clericus<sup>188</sup> ergo<sup>189</sup>, qui episcopum suum accusaverit aut ei insidiator exstiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est et<sup>190</sup> a gradu<sup>191</sup> <SG670, p. 220a> debet recedere ac<sup>192</sup> curiae tradi serviendus<sup>193</sup>. Laicis<sup>194</sup> <sup>195</sup> quoque, quam<I83, f. 113ra>vis religiosi<sup>196</sup> sint<sup>197</sup>, nulla<sup>198</sup> tamen de<sup>199</sup> ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi<sup>200</sup> legitur umquam attributa<sup>201</sup> facultas.

Scimus, dilectissimi, quia<sup>202</sup> semper carnales spiritales solent persequi et malivoli benevolos infamari<sup>203</sup> <sup>204</sup> et lacerari<sup>205</sup>. Idcirco<sup>206</sup> apostoli et successores eorum ac<sup>207</sup> reliqui sancti patres noluerunt fieri<sup>208</sup> <sup>209</sup> facilem<sup>210</sup> episcoporum<sup>210</sup> <V630, f. 54rb> accusationem, quoniam, si facilis esset, aut nullus aut vix aliquis modo inveniretur.

<P9629, f. 28v> Throni<sup>211</sup> enim dei vocantur, <O93, f. 23rb> ideo<sup>212</sup> non debent moveri aut affligi vel perturbari<sup>213</sup>. De ipsis<sup>214</sup> ergo ait propheta: Caeli enarrant gloriam dei, et opera manuum<sup>215</sup> eius annuntiat<sup>216</sup> firmamentum. Hi<sup>217</sup> vero, qui non sunt bonae conversationis et<sup>218</sup> quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita et libertas nescitur, non possunt eos<sup>219</sup> accusare.

<VD38, f. 105vb> Primo semper accusatorum personae, fides, vita<sup>220</sup> et conversatio est enucleatim inquirenda<sup>221</sup>, et postea ea, quae obiciunt<sup>222</sup>, fideliter sunt pertractanda<sup>223</sup>, quia nihil prius fieri debet, quam<sup>224</sup> impeditorum<sup>225</sup> <sup>226</sup> personae fidesque<sup>227</sup> eorum<sup>228</sup>, vita et conversatio diligenter discutiatur, ne alicuius invidia aut inimicitia vel intentione mala quisquam<sup>229</sup> vexetur.

Criminationes<sup>230</sup> adver<I83, f. 113rb>sus doctorem nemo suscipiat, quia magis sunt doctores portandi<sup>231</sup> quam laedendi<sup>232</sup> aut infamandi<sup>233</sup>. Unde ait apostolus: Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi. Caritas<sup>234</sup> autem non est ambitiosa<sup>235</sup>, non aemulatur<sup>236</sup>, non inflatur, non<sup>237</sup> quaerit, quae sua sunt, sed quae Iesu Christi. Qui manet in caritate, in deo manet et deus in eo. Et qui in deo manet, nullum vult <N442, f. 52rb> nocere, sed omnes desiderat<sup>238</sup> adiuvare et sustentare, sicut ipse dominus omnes venit salvare et animam<sup>239</sup> suam dare redemptionem pro nobis<sup>240</sup>.

Eorum autem accusandi sacerdotes vel testificandi in eos vocem obstruimus<sup>241</sup>, quos non humanis, sed divinis vocibus damnatos vel mortuos esse cognoscimus.

<VD38, f. 106ra> Praevidere ergo summopere<sup>242</sup> debent omnes, qui sacerdotes domini persequuntur tam occulte quam manifeste, ne<sup>243</sup> subiectis<sup>244</sup> domini damnentur<sup>245</sup> praeceptis. Per Hieremiam autem<sup>246</sup> prophetam<sup>247</sup> tales comminando<sup>248</sup> <SG670, p. 221a> dominus loquitur dicens: Iniquitates nostrae declinaverunt omnia<sup>249</sup> et peccata nostra amoverunt<sup>250</sup> bona<sup>251</sup> a nobis, quia inventi sunt in populo meo impii et loquentes <I83, f. 113va> vana. Statuerunt ad disperdendos viros et comprahenderunt ut laqueus venantis<sup>252</sup> plenus volatilibus, sic domus eorum plena dolo. Et per David ait: Qui cogitaverunt malicias in corde tota die versati sunt in proeliis. Exacuerunt<sup>253</sup> linguas suas quasi serpentes, venenum aspi<V630, f. 54va>dum sub labiis eorum. Et paulo post: Cadent super eos carbones in ignem<sup>254</sup>, deicies eos in foveas<sup>255</sup>, ut non consurgant. Vir linguosus non dirigetur<sup>256</sup> <sup>257</sup> in terra, virum iniquum<sup>258</sup> mala capient in interitu<sup>259</sup>. Scio<sup>260</sup>, quia faciet dominus causam inopis, iudicia pauperum. Item <VD38, f. 106rb> idem: Muta<sup>261</sup> fiant labia dolosa. Et iterum per Hieremiam inquit: Omnes in sanguine iudicantur, unusquisque proximum suum<sup>262</sup> tribulat. Omnes in malum manus suas praeparant.

Hos dominus praevidens apostolis praecepit, ne facile <SG670, p. 221b> servi<sup>263</sup> sui lacerarentur<sup>264</sup>, ne forte perderentur<sup>265</sup> aut in talem temptationem inciderent, quam ferre minime possent. Idcirco sancti apostoli et successores eorum decretorum normas<sup>266</sup> <sup>267</sup> statuerunt, ne talium vox, quae magis perdere nititur<sup>268</sup> <I83, f. 113vb> innocentes et simplices quam salvare, facile reciperetur<sup>269</sup>, sed ipsi his iaculis<sup>270</sup> pellerentur<sup>271</sup> procul et domini discipulos iuxta voluntates et versutias<sup>272</sup> eorum<sup>273</sup> minime perdere possent.

Unde et ipse dominus ait: Excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium illis. Et alibi ipsa<sup>274</sup> per se veritas de<sup>275</sup> talibus dicit: Melius est illi, ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur<sup>276</sup> in profundum maris,

quam scandalizet unum de pusillis istis. Et<sup>277</sup> Iacobus apostolus inquit<sup>278</sup>: Iudicium sine misericordia <VD38, f. 106va> illi, qui non fecerit misericordiam. Et<sup>279</sup> Ioannes<sup>280</sup> apostolus et evangelista ait: Qui odit fratrem suum homicida est, et scitis, quia omnis homicida <N442, f. 52va> non habet vitam aeternam in se manentem. Vos<sup>281</sup> tamen, filii carissimi, hortamur, ut<sup>282</sup> patienter mala vobis illata domini ad<SG670, p. 222a>miniculo portetis et his apostolicis praeceptis tales procul<sup>283</sup> pellite, ne more<sup>284</sup> canino vos lacerare aut mordere valeant. Mementote etiam, quia iuxta psalmographi<sup>285</sup> <sup>286</sup> vocem homo<sup>287</sup> sicut fenum dies eius, et<sup>288</sup> ut flos agri ita floriet<sup>289</sup>. Et apostolus ait: Totus <O93, f. 23va> mundus in maligno positus<sup>290</sup> est. Unde precamur, ne tales multum timeatis, quia infames sunt et non multum vos nocere<sup>291</sup> possunt, <I83, f. 114ra> quia eorum vox exstincta est, quoniam sic odit deus<sup>292</sup> eos, qui adversus patres armantur, ut patrum invasores, qui<sup>293</sup> in omni mundo<sup>294</sup> infamia sunt notati<sup>295</sup>.

Armamini ergo his apostolicis adminiculis<sup>296</sup> contra eos et spiritu principali roborate corda vestra, ut deus, qui<sup>297</sup> vos pastores in populo suo vocari voluit, non neglegentes <VD38, f. 106vb> aut tepidos<sup>298</sup> lupis supervenientibus fugientes inveni<V630, f. 54vb>at<sup>299</sup>, sed exemplo boni pastoris<sup>300</sup> agnos pariter cum matribus et filiis ac filiabus viriliter defensantes atque ad sanctam matrem<sup>301</sup> ecclesiam fideliter reportantes semper inveniat. Et quamquam dies mali sint<sup>302</sup>, vos tamen <SG670, p. 222b> nolite esse imprudentes, sed intelligentes, quae sit voluntas dei. Quam ob rem <P9629, f. 29r> confortamini et state in fide viriliter agentes, ac omnia vestra in caritate fiant et secundum sanctum<sup>303</sup> evangelium: In patientia vestra possidete animas vestras. Recordamini quoque sanctorum apostolorum et prophetarum, et quia multum laboraverunt in domino, ideo adepti sunt praemia sempiterna. Scitote etiam, quoniam iuxta psalmistae<sup>304</sup> vocem: Multae tribulationes iustorum, et de his<sup>305</sup> omnibus liberavit<sup>306</sup> eos dominus. Quapropter, <I83, f. 114rb> filii carissimi, hortamur vos et<sup>307</sup> deprecamur, ut crebris orationum vestrarum precibus deum exoretis, ut <VD38, f. 107ra> liberemur et<sup>308</sup> nos et vos iuxta dictum apostoli ab importunis et malis hominibus, quia non omnium est fides. Flagitate<sup>309</sup> etiam, ut deus et dominus noster, qui est refugium pauperum et spes humilium, sanctam suam ecclesiam<sup>310</sup> pretioso<sup>311</sup> videlicet sanguine suo redemptam, et nos, qui eandem sanctam ecclesiam docere, <VD38, f. 107rb> regere, portare<sup>312</sup> et tueri<sup>313</sup> debemus<sup>314</sup>, de<sup>315</sup> praedictis oppressionibus et<sup>316</sup> temptationibus saeculi huius<sup>317</sup> nequam<sup>318</sup> atque de omnibus necessitatibus nostris misericorditer eruat<sup>319</sup> <sup>320</sup>, ut<sup>321</sup> sermo dei currat<sup>322</sup> et clarificetur gloriosum <SG670, p. 223a> evangelium domini nostri Iesu Christi, et gratia<sup>323</sup> eius in nobis vacua non fiat, ne sine fructu evangelii, quod<sup>324</sup> absit, ste<N442, f. 52vb>riles<sup>325</sup> in conspectu dei appareamus et vacui filiorum<sup>326</sup> filiarumque<sup>327</sup> numero<sup>328</sup> revertamur<sup>329</sup>, nec<sup>330</sup> de<sup>331</sup> abscondito talento domino veniente rei<sup>332</sup> esse iudicemur. Ista<sup>333</sup> enim semper invidet satan<sup>334</sup>, et idcirco tales adversum nos suscitatur, qui nos premant et suffocent, ut domini oves absque<sup>335</sup> nos rapiat et in ima, non existentibus pastoribus, qui eas<sup>336</sup> custodiant<sup>337</sup> et de<I83, f. 114va>fendant, ruere<sup>338</sup> faciat.

Vos ergo pro viribus laborate et orate atque vigilate, ne haec fiant, scientes nos semper paratos esse in omnibus, quibuscumque posse<sup>339</sup> dominus <VD38, f. 107va> dederit<sup>340</sup> modis<sup>341</sup>, vobis opem<sup>342</sup> ferre<sup>343</sup>, licet<sup>344</sup> <sup>345</sup> nos ab ipsis aemulis<sup>346</sup> sanctae dei ecclesiae et vestris<sup>347</sup> non simus<sup>348</sup> excepti et tribulationes<sup>349</sup> cordis<sup>350</sup> nostri pro vestra et nostra tribulatione sive ovium<sup>351</sup> nobis commissarum admodum<sup>352</sup> sint<sup>353</sup> dilatatae. Vos quoque obsecramus<sup>354</sup>, ut iniunctum vobis<sup>355</sup> a domino <V630, f. 55ra> famulatum<sup>356</sup> non neglegatis et omnes oppressos et cunctos dei servos atque generaliter omnes christianos, prout<sup>357</sup> dominus posse<sup>358</sup> <sup>359</sup> dederit<sup>360</sup>, adiuvare <SG670, p. 223b> studeatis, ut ante tribunal<sup>361</sup> Christi mercedem habeatis perpetuam. Et scitote, quod memoria vestra coram deo est assidue et ante corpora apostolorum pro vobis preces fiunt<sup>362</sup> quotidie, ut et vos liberemini ab importunis et malis hominibus domini auxilio et oves vobis commissae ad pascua<sup>363</sup> aeternae vitae una vobiscum perveniant sempiterna<sup>364</sup>.

Unitatem et communionem<sup>365</sup> <sup>366</sup> dilectionis vestrae valentem<sup>367</sup> ac proficientem<sup>368</sup> in salutem omnium populo<I83, f. 114vb>rum creator omnium <VD38, f. 107vb> dominus omnipotens<sup>369</sup> memorem nostri aeternaliter custodiat. Amen.

Data Nonas Aprilis Valeriano et Gallicano vv. cc. cons<sup>370</sup>.

O93, f. 23va; N442, f. 52vb; V630, f. 55ra; I83, f. 114vb; VD38, f. 197vb; SG670, p. 223b; P9629, f. 29r

- 1 *Überschrift*] EPISTOLA STEPHANI PAPAE SG670
- 2 Plurimum] Primum vel plurimum *korr. aus* Primum mum P9629
- 3 de vestra *fehlt* VD38
- 4 *am Rande* Frequentior VD38
- 5 *am Rande* Venientium VD38
- 6 usque ad nos fratrum *fehlt* SG670
- 7 *am Rande* Perductus nunciatus VD38
- 8 oportuerit VD38
- 9 ut *fehlt* V630; SG670
- 10 a *fehlt* O93; P9629; SG670

- 11 sustentari *korr. aus* suscitari O93  
12 Quapropter] quia propter P9629  
13 *am Rande* Astutiis VD38  
14 tergiversationibus] tergiversationibus a *korr. aus* tergiversationibus SG670  
15 venenosa] venenum ac *korr. aus* venenum a SG670  
16 *am Rande* Auxilium VD38  
17 impendantur I83; impendatur *korr. aus* impendantur SG670  
18 hac *fehlt* I83; SG670  
19 sede] sede eis *korr. aus* sede SG670  
20 divinam gratiam] divina gratia VD38  
21 gratia VD38  
22 auxilio *korr. aus* auxilium P9629  
23 perturbatione VD38  
24 *am Rande* Inverecunda VD38  
25 impudens VD38; impudens *korr. aus* imprudens SG670  
26 quae a *korr. aus* quae V630  
27 a *fehlt* P9629  
28 precessoribus *korr. aus* processoribus SG670  
29 patribus *fehlt* SG670  
30 *am Rande* Iterum VD38  
31 reviviscant *korr. aus* revivescant SG670  
32 nostrae V630; P9629  
33 compellimus VD38  
34 que ad *korr. aus* que SG670  
35 *am Rande* Cognitionem VD38  
36 notitiam *korr. aus* notationem V630; notationem I83; notionem *korr. aus* notationem SG670  
37 pervenerint *korr. aus* pervene N442  
38 derelinquere SG670  
39 *am Rande* A patribus VD38  
40 Quis *korr. aus* Qui SG670  
41 *am Rande* Sustineat VD38  
42 non opem ferendo *fehlt* I83  
43 *am Rande* Perturbari VD38  
44 praeponere SG670  
45 *am Rande* Quicquid in sacratis deo rebus et episcopis iniuste agitur pro sacrilegio reputabitur V630  
46 quam] quam pro *korr. aus* quam V630  
47 *am Rande* Voluntate Placito VD38  
48 etiam *fehlt* SG670  
49 pellemini O93; P9629  
50 facultates vestrasque] facultatesque vestrae *korr. aus* facultatesque vestras SG670  
51 vestraeque V630; P9629  
52 *am Rande* Dissipentur VD38  
53 ac depraedentur *fehlt* VD38; SG670  
54 *am Rande* Iniuria episcopi sacrilegium est P9629  
55 sacris I83; SG670  
56 deo] id est SG670  
57 episcopis] episcopis et presbyteris *korr. aus* episcopis O93  
58 *am Rande* Corrupti VD38  
59 *am Rande* Ab aliquo VD38  
60 *am Rande* Ut nullus episcoporum dum suis fuerit rebus expoliatus aut a sede propria pulsus debet accusari V630; *am Rande* Quod non debeat accusari episcopus suis rebus expoliatus P9629  
61 episcoporum VD38  
62 episcoporum] episcoporum aut presbyterorum *korr. aus* episcoporum O93  
63 aut a *korr. aus* aut N442  
64 potes P9629  
65 abici P9629  
66 et omnia, quae ei ablata quocumque sunt ingenio legibus redintegrentur, et ipse] et in ipso VD38  
67 sunt *fehlt* V630  
68 redintegerentur I83  
69 *am Rande* Ordini VD38

[70](#) cuncta *korr. aus* cunta P9629  
[71](#) sibi *fehlt* SG670  
[72](#) *am Rande* Inchoatam VD38  
[73](#) accusationem *korr. aus* occasionem SG670  
[74](#) primates *korr. aus* primades V630  
[75](#) synodus *korr. aus* synodum SG670  
[76](#) *am Rande* Pleniter VD38  
[77](#) *am Rande* Restaurent VD38  
[78](#) Quia *korr. aus* Quam P9629; Quia *korr. aus* Qui ab SG670  
[79](#) fieri *fehlt* VD38  
[80](#) actorum *korr. aus* auctorum V630  
[81](#) et P9629  
[82](#) ad aliquos ] aliquis V630; aliquis *korr. aus* aliquos SG670  
[83](#) aliquos *korr. aus* aliquos um P9629  
[84](#) caritative bis] caritati verbis I83  
[85](#) *am Rande* Afflictos VD38  
[86](#) existimant SG670  
[87](#) *am Rande* Admoneatur VD38  
[88](#) convenient V630; Convenientur *korr. aus* Convetantur P9629; conveniatur VD38  
[89](#) excusationem. Quod, qui praesumpserit, liminibus arceatur *korr. aus* excusationem O93  
[90](#) *am Rande* De accusatoribus qui recipiendi sint qui reiciendi VD38  
[91](#) presumserit a *korr. aus* presumerit N442  
[92](#) *am Rande* De accusatoribus qui recipiendi sunt quive reiciendi N442; *am Rande* De non recipiendis in accusatione V630; *am Rande* Qui sunt qui acusare nequeunt P9629  
[93](#) alienigena *korr. aus* alienigenam V630; alienus I83; SG670  
[94](#) iudices] iudices nos *korr. aus* iudices SG670  
[95](#) vestrorum *korr. aus* rum O93  
[96](#) nullis V630  
[97](#) aut infamis persona] persona aut infamis SG670  
[98](#) *am Rande* Ut cohabitatores inimicorum et omnes laici repellantur ab accusatione episcopi I83  
[99](#) *am Rande* Simul habitantes VD38  
[100](#) cohabitantes] quohabitanes P9629; queo habitantes *korr. aus* quohabitanes SG670  
[101](#) inimici I83  
[102](#) infestatione P9629  
[103](#) infestationem blapsemie affectio amicitiae incitare solet. Nec illi in vestras suscipiendi (*korr. aus* suscipienda) accusatione *korr. aus* infestationem VD38  
[104](#) inimicitiae SG670  
[105](#) incitare *korr. aus* incitari SG670  
[106](#) sunt suscipiendi] possunt suscipi SG670  
[107](#) suspiciendi *korr. aus* suspiendi O93  
[108](#) qui vos] quos SG670  
[109](#) suam VD38  
[110](#) sua nolunt recipere infamatione] suam volunt recipere infamationem SG670  
[111](#) volunt P9629; VD38; SG670  
[112](#) *am Rande* Accusationem VD38  
[113](#) infamationem VD38  
[114](#) Nulli *korr. aus* Nullus SG670  
[115](#) etenim SG670  
[116](#) anathematizati *korr. aus* anathema SG670  
[117](#) suscipiantur SG670  
[118](#) credantur SG670  
[119](#) dicitur I83  
[120](#) conscribuntur *korr. aus* scribuntur O93  
[121](#) *am Rande* A consortio fidelium alienatres (!) VD38  
[122](#) quos *korr. aus* quo V630  
[123](#) anathematizaverunt aut] anathematizaverunt et *korr. aus* anathematizaverunt SG670  
[124](#) *am Rande* De ordine accusantis P9629; *am Rande* Ut scriptam accusationem nemo suscipiat I83  
[125](#) illius P9629  
[126](#) desiderant SG670  
[127](#) poterit SG670

128 Nullum *P9629*  
129 aut *SG670*  
130 inrequirendi *V630*  
131 accipiat *korr. aus accipi accipiat V630*  
132 *am Rande* Purganda *VD38*  
133 *am Rande* Nulli metropolitani aut alii episcopi appellantur primates *V630*  
134 appellantur *SG670*  
135 nisi hi *korr. aus nisi P9629*  
136 hi *fehlt V630*  
137 nisi hi qui primas sedes tenent, et quorum civitates antiqui primates *fehlt VD38*  
138 prima *P9629; N442*  
139 eorum *I83*  
140 censuerunt *korr. aus censerunt O93*  
141 *am Rande* primates *P9629; am Rande* Qui aliis sint primates alii archiepiscopi *I83*  
142 *am Rande* obtinuerunt *VD38*  
143 aut *fehlt I83*  
144 statutę *korr. aus statu VD38*  
145 In *fehlt P9629*  
146 ipsi *VD38*  
147 propter *SG670*  
148 episcoporum *VD38*  
149 *am Rande* Nunciande *VD38*  
150 accusationes] accusationes episcoporum *V630*  
151 *am Rande* Peragi fieri *VD38*  
152 prohibere *P9629*  
153 poterit *V630; P9629; potuerint I83; SG670; poterunt VD38*  
154 debent ab *korr. aus debent N442*  
155 cusatoribus *VD38*  
156 tam *O93*  
157 *am Rande* Discordantes *VD38*  
158 coherterentur *I83*  
159 *am Rande* Episcopos ab omnibus comprovincialibus audiendos *P9629*  
160 comprovincialium] in provincialium *P9629; comprovincialium korr. aus provincialium N442*  
161 sunt *P9629*  
162 ut *P9629*  
163 episcopo *fehlt V630*  
164 provinciae vero] provintiarum ero *SG670*  
165 *am Rande* Procedat *VD38*  
166 *am Rande* quod accusatis neganda est licentia accusandi priusquam ab accusationibus solvantur *I83*  
167 omnes *P9629*  
168 Nisi ad *korr. aus Nisi SG670*  
169 ad sedem apostolicam] a sede apostolica *VD38*  
170 et] Sed et *korr. aus et SG670*  
171 neganda est *korr. aus neganda P9629*  
172 accusantibus *V630; accusantis P9629; accusatis korr. aus accusantis SG670*  
173 se *korr. aus sine P9629*  
174 *am Rande* Purgaverint *VD38*  
175 *am Rande* Colligati *VD38*  
176 probaverint *korr. aus probaverit P9629*  
177 *am Rande* De personis accusatorum *I83*  
178 deberet *SG670*  
179 *am Rande* Mali perversi *VD38*  
180 eius *SG670*  
181 *am Rande* Manifestatio accusatio  
182 irretiti *korr. aus irretium SG670*  
183 debent *korr. aus debet SG670*  
184 *am Rande* suscipi *VD38*  
185 Nec *korr. aus Ne SG670*  
186 hesterna *korr. aus externa V630; SG670; externa O93; P9629; I83*  
187 *am Rande* Tertia die *VD38*

188 *am Rande* Clericus non accuset episcopum suum *P9629*; *am Rande* Non liceat clericos accusare episcopos *N442*; *VD38* (clericos] CLERICUS); *am Rande* De clericis qui episcopum accusaverit quia a gradu decidere et curie sit tradendus *I83*  
189 vero *N442*; *SG670*  
190 et a *korr. aus* et *VD38*  
191 gradu debet *korr. aus* gradu *P9629*  
192 ac curie *korr. aus* accusarie *VD38*; *SG670*  
193 serviendi *P9629*; ferendus *korr. aus* serviendus *SG670*  
194 *am Rande* Laici non disponant res ecclesie *P9629*; *am Rande* Quod laicis de ecclesiasticis facultatibus disponendi aliquid non legitur attributa facultas *VD38*  
195 Laici *VD38*  
196 religiosi *korr. aus* religiosi *P9629*  
197 sunt *P9629*  
198 nulli *V630*; *VD38*; nullo *P9629*; nullis *korr. aus* nulli *SG670*  
199 de *korr. aus* d *O93*  
200 deponendi *P9629*  
201 *am Rande* Data concessa *VD38*  
202 quia *korr. aus* qui *O93*  
203 infamare *I83*; *VD38*; *SG670*  
204 *am Rande* Criminari *VD38*  
205 lacerare *VD38*; *SG670*  
206 Idcirco apostoli *korr. aus* Idcirco *P9629*  
207 ac *korr. aus* a *O93*  
208 *am Rande* Affligere *VD38*  
209 facile] faciles in *V630*; *I83*; facile *VD38*; facile in *P9629*; *SG670*  
210 episcoporum] episcopos *I83*; *SG670*  
211 *am Rande* Quod episcopi throni dei vocantur *VD38*  
212 ideo] ideo enim *P9629*  
213 turbari *VD38*  
214 ipso *P9629*  
215 nuum *VD38*  
216 adnunciet *O93*  
217 *am Rande* Hic dicit qui non possunt accusare *I83*  
218 et *fehlt* *V630*  
219 eos accusare *korr. aus* accusare eos *O93*  
220 vitae *VD38*  
221 inquirenda *N442*  
222 obiciunt *korr. aus* abiciunt *V630*; abiciunt *VD38*  
223 pertrantanda *VD38*  
224 quam] quam ut *korr. aus* quam *P9629*; quam ut *SG670*  
225 *am Rande* Accusatorum *VD38*  
226 impetitorum *V630*; praedictorum *korr. aus* peditorum *P9629*; impeccatorum *VD38*; praedictorum *SG670*  
227 fides *I83*; *SG670*  
228 eorum *fehlt* *V630*; *I83*; *SG670*  
229 quisquam *korr. aus* quisquis *P9629*  
230 *am Rande* Crimina contra doctorem non suscipientur *P9629*  
231 portandi *korr. aus* portan *I83*  
232 *am Rande* affligendi *VD38*  
233 infirmandi *P9629*  
234 Caritas autem non est ambitiosa, non aemulatur, non inflatur, non quaerit, quae sua sunt, sed quae Iesu Christi *fehlt* *SG670*  
235 *am Rande* Cupiditate plena *VD38*  
236 *am Rande* Invidet *VD38*  
237 non *korr. aus* no *P9629*  
238 desiderant *VD38*  
239 animam suam] anima sua *O93*  
240 vobis *VD38*; *SG670*  
241 *am Rande* Claudimus *VD38*  
242 summopere debent omnes *korr. aus* summopere *P9629*  
243 nec *I83*

[244](#) *am Rande* uppositis VD38  
[245](#) dampnantur VD38  
[246](#) enim *korr. aus* autem SG670  
[247](#) prophetam] prophetam ad SG670  
[248](#) *am Rande* Ultionem promittendo VD38  
[249](#) omnia et] et omnia SG670  
[250](#) *am Rande* Repulerunt VD38  
[251](#) bona *fehlt* SG670  
[252](#) vaenantis *korr. aus* vanatis I83  
[253](#) Exaguerunt I83  
[254](#) igne V630; P9629  
[255](#) foveam SG670  
[256](#) diriget O93  
[257](#) dirigitur in terra *korr. aus* dirigitur SG670  
[258](#) iniustum V630  
[259](#) interitum I83  
[260](#) Scio quia dominus faciet] quia dominus scit *korr. aus* Scit quia dominus  
[261](#) multa P9629  
[262](#) suum P9629  
[263](#) servi sui *korr. aus* servis suis SG670  
[264](#) lacerentur SG670  
[265](#) perderent O93; P9629; N442; I83; perirent VD38  
[266](#) *am Rande* Regulam VD38  
[267](#) norma I83; normam VD38; SG670  
[268](#) *am Rande* laborat VD38  
[269](#) recipentur VD38  
[270](#) *am Rande* Sagittis decretorum VD38  
[271](#) tollentur N442  
[272](#) *am Rande* Calliditates VD38  
[273](#) suas *korr. aus* eorum SG670  
[274](#) ipse V630  
[275](#) de talibus *fehlt* SG670  
[276](#) dimergatur SG670  
[277](#) Et Iacobus apostolus inquit: Iudicium sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam *fehlt* SG670  
[278](#) ait I83; dixit VD38  
[279](#) Et Ioannes apostolus et evangelista ait *fehlt* VD38  
[280](#) iohannes *korr. aus* iacobus SG670  
[281](#) Vos tamen *korr. aus* Vos O93  
[282](#) et I83  
[283](#) *am Rande* longe VD38  
[284](#) more *korr. aus* morte P9629  
[285](#) psalmigraphi SG670  
[286](#) psalmografi vocem *korr. aus* psalmografi N442  
[287](#) humo I83  
[288](#) et *fehlt* SG670  
[289](#) florebit VD38; floriet *korr. aus* floret SG670  
[290](#) positus est] est positus SG670  
[291](#) nocere *korr. aus* noce VD38  
[292](#) dominus SG670  
[293](#) quia V630; P9629  
[294](#) mudo VD38  
[295](#) *am Rande* Designati VD38  
[296](#) adminiculis *korr. aus* admiculis P9629  
[297](#) qui *korr. aus* quo SG670  
[298](#) *am Rande* Dubios Timidos VD38  
[299](#) inveniant I83  
[300](#) pastoris *korr. aus* pastores P9629  
[301](#) matrem *fehlt* SG670  
[302](#) sunt SG670  
[303](#) sanctum V630



[304](#) psalmi SG670  
[305](#) his omnibus] omnibus his V630  
[306](#) liberabit I83; VD38  
[307](#) ac I83; VD38; SG670  
[308](#) et fehlt V630  
[309](#) Flagitata V630  
[310](#) ecclesiam pretioso videlicet sanguine suo redemptam, et nos, qui eandem sanctam ecclesiam] ecclesiam quam *korr. aus* ecclesiam N442; ecclesiam I83  
[311](#) pretioso videlicet sanguine suo redemptam, et nos, qui eandem sanctam ecclesiam *fehlt* SG670  
[312](#) portare *korr. aus* portari SG670  
[313](#) *am Rande* defendere VD38  
[314](#) debemus] dignetur et I83; SG670  
[315](#) de] et a VD38  
[316](#) et temptationibus *fehlt* I83; VD38; SG670  
[317](#) huius *fehlt* N442  
[318](#) *am Rande* maligni VD38  
[319](#) *am Rande* liberet VD38  
[320](#) eruat ut *korr. aus* eruat SG670  
[321](#) et VD38  
[322](#) currat *korr. aus* curat V630  
[323](#) gratias VD38  
[324](#) quod O93  
[325](#) *am Rande* Infructuosi VD38  
[326](#) filiorum filiarumque] filiorumque I83; VD38  
[327](#) filiarumque *fehlt* SG670  
[328](#) numera, *interlinear* o SG670  
[329](#) revertamur *korr. aus* revertatur P9629; revertamur *korr. aus* revertemur SG670  
[330](#) ne I83; VD38; SG670  
[331](#) de *fehlt* VD38  
[332](#) rei esse] recte I83; rei esse *fehlt* SG670  
[333](#) Istis I83; SG670  
[334](#) satanas N442; satus VD38  
[335](#) atque I83; VD38; SG670  
[336](#) eos V630  
[337](#) custodiant et defendant] custodiunt et defendunt SG670  
[338](#) *am Rande* Cadere VD38  
[339](#) posse dominus] dominus posse *korr. aus* dominus posse dominus V630  
[340](#) dederit *korr. aus* derit O93  
[341](#) vobis VD38  
[342](#) *am Rande* Auxilium VD38  
[343](#) *am Rande* Tribuere VD38  
[344](#) *am Rande* Quamvis VD38  
[345](#) licet] Licet et *korr. aus* Licet SG670  
[346](#) *am Rande* Inimicis VD38  
[347](#) nostris I83; VD38; SG670  
[348](#) simus *korr. aus* scimus SG670  
[349](#) tribulationes] tribulationes nostre *korr. aus* tribulationes SG670  
[350](#) cordis nostri pro vestra et nostra tribulatione *fehlt* SG670  
[351](#) ovium *korr. aus* ovium O93; ovium *korr. aus* omnium P9629  
[352](#) *am Rande* Valde VD38  
[353](#) sunt VD38  
[354](#) execramus I83  
[355](#) nobis I83  
[356](#) *am Rande* Servitium VD38  
[357](#) *am Rande* Sicut VD38  
[358](#) *am Rande* Possibilitatem VD38  
[359](#) posse dederit *korr. aus* possederit V630  
[360](#) dederit *korr. aus* derit O93  
[361](#) *am Rande* Sedem VD38  
[362](#) sunt SG670

[363](#) pascuam *SG670*  
[364](#) sempiterno *P9629; N442; VD38; sempiternam SG670*  
[365](#) *am Rande Societatem VD38*  
[366](#) communicationem *SG670*  
[367](#) *am Rande Sanam VD38*  
[368](#) *am Rande Crescentem VD38*  
[369](#) omnipotes *P9629*  
[370](#) conss] conss Explicit *VD38; SS SG670*